Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



88 8.

Et ait moyses. Dabit dominus vobis vespe carnes
edere et mane panes in satietate: eo quod audierit
murmurationes vras quibus murmurati estis contra
eum. nos vero quid sumus? nec contra vos est mur-
mur vrm: sed contra dnm. Dixitq; moyses ad aaron
Dic omni congregationi filiorum israel. accedite coram
domino. audiunt enim murmur vrm. Cumq; loque-
retur aaron ad omnem cetum filiorum israel. Respexerunt
ad solitudinem: et ecce gloria domini apparuit in nube
In illo tpe. Cum appropinquassent iherosolime sedm
et bethanie ad montem oliuarum mittit duo machorum 21
duos de discipulis suis et ait illis. Ite in castellum quod
contra vos est: et statim introeuntes illud inuenietis
pullum sup quem nemo adhuc hominum sedit. Solui-
te illum: et adducite: Et si quis vobis dixerit quid fa-
citis? Dicite quia domino necessarius: et continuo di-
mittet illum huc. Et abeuntes inuenerunt pullum
ligatum ante januam foris in biuio: et soluerunt eum
et quidam de illic stantibus dicebant illis. Quid facit-
is soluentes pullum? Qui dixerunt sicut precepit eis
ihs et dimiserunt eos: et duxerunt illum ad ihm et
imposuerunt illi vestimenta sua et sedit sup eum. Mul-
ti autem vestimenta sua straverunt in via. Alii frondes
cedebant de arboribus et sternebant in via: et qui pre-
ibant et qui sequebantur clamabant dicentes. Osan-
na benedictus qui venit in nomine domini. Benedicti
quod venit regnum patris nri dauid Osanna in excels.
Domine ne longe facias auxilium ad missa officium
tuum a me ad defensionem meam aspice libera me de ore
leonis et a cornibus vnicornium humilitatem meam ps Deus deus meus respice